6
1-e
1

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 G
12

M

6-1.e.1

Digitized by Google

A VI a 87 b

Digitized by Google

Digitized by Google

BREVE

COMPENDIVM

In quo quicquid ad

HEBRAICAM LINGVAM

legendam pertinet, continetur,

A R.P.F. HIERONYMO COMBONO SALODIEN.

Min. Obſer. Refor. Prouin. Brix. Theologo,

Ac in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Bergomi
Linguæ Sanctæ profeſſore.

Ex Hebraicis Grammaticis collectum.

De licentia Superiorum.

Pertinet ad S. Fran.
Conventus de Urbe
BIBLIOTECA ... ROMA ...

BERGOMI, *Typis Comini Ventura.*

cIɔ Iɔ c x v I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Admodum R. Patri

F. ANGELO

A CARPINETO

Min. Obſeruan. Reform. Theologo,
ac in Prouin. et Cuſtodia Rom.
Cuſtodi vigilantiſſimo

Fr. Hieronymus Combonus Salodienſis
eiuſdem Ordinis. S.P.D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ORnare iam pridem nomen tuũ aliquo grauiori munuſculo debueram (Pater Reuerende) vt ingentem animi tui candorem, & tua in me officia viderer agnoſcere;

ſed

Digitized by Google

ſed parum me gratum, parum dignum tantis meritis coegit inopia, licet non animo exciderint vnquam immenſa ea, quæ in me contuliſti beneficia, dum vterque Romæ degens, ego in priuato otio tu immenſam, et ſummam morum efformandorum molem ſuſtinens, me tamen ita ſemper amaſti, rerumq; mearum ſeriem ita direxiſti, vt non pauci quaſi inuiderent mihi ſortem meam. Cogitanti tamen ſæpenumero, quo potius pacto leue aliquod ſingularis beneuolentiæ meæ tibi pignus exſoluerem, in mentem venit, eſſe te ingentem, & in ſacris literis verſatum Theologum, magnum, & celeberrimum Concionatorem, ac proinde Hebræarum litterarum ſtudioſum ab eis non modicum ſentire oblectamentum. Quapropter id cauſæ fuit, cur ego exilem hunc conatus mei partum publicæ enixum vtilitati, eorumq; in primis, qui Linguæ ſanctæ iucunditate, neceſſitate, et honeſtate

ille-

illecti laborem aliquem illius ſtudio impendunt, tuo nomini, & auctoritati conſecrare auſus ſim. Tuum erit hoc in te meæ obſeruantiæ teſtimonium læto vultu, et affectu paterno, vt cætera mea conſueuiſti, tuæ auctoritatis præſidio ſuſtinere, nominis ſplendore illuſtrare, & clementiæ benignitate defendere: quod reliquum eſt, precabor Deum enixius, vt te diu bonis litteris, publicæ commoditati, mihiq; in primis, Pater Optime, ſoſpitem ſeruet. Vale.

Digitized by Google

Approbatio Operis.

R. P. Fr. Euangeliſta à Gabiano Ordinis Min. S. Franciſci de Obſer. in Ciſmontana Familia Comm. Generalis conceſſit R. P. F. Hieronymo prædicto licentiam, ac facultatem imprimendi hoc Breue Compendium. die 14. Ianuarij 1616. in Conuentu Quintiani Prouintiæ Brixiæ.

F. Silueſter Caſtilionen. Inquiſitor Berg.
Imprimatur.

Digitized by Google

Ad Lectorem.

Prefatio.

CVm Romæ eſſem, ibiq; quamplurimos eruditos, & ſapientes viros viderem linguæ ſanctæ egregiam operam nauare, eamq; tum in priuatis, tum in publicis conuentibus mirum in modum extollere, horũ & diui Hieronimi, qui totus in illius ſtudio fuit, exemplis incitatus, non potui nõ cõmoueri vehementer, & eiuſdem diſcendæ deſiderio exardeſcere non ſolum mea ſed etiam aliorum cauſa. Opportunam igitur mihi viſam illa ipſa in vrbe occaſionem auidè arripui, cui aliqualis impenſus labor, meorum ſuperiorum edicto Hebrææ linguæ profeſſor deſtinatus fui in Cœnobio Bergomenſi Gratiarum nuncupato. onus impoſitum vt vrgerem impenſius ſtatui, me publicæ vtilitati commodum magnum facturum, ſi breue hoc compendium, in quo ea omnia cõtinentur, quæ ad eiuſdem linguæ rudimenta benè, & perfectè noſcenda ſpectant, prælo cõmitteretur. Eſt illud ex grammaticis Hebræis erutum, & in hunc ordinem redactum tanta facilitate, vt illius adiumento obuius futurus ſit modus cuicunque vel mediocri exercitato ingenio viginti dierum ſpatio Hebræa elemẽta omnia cognoſcendi, & inoffenſo pede libros

He-

Hebræos omnes percurrendi. Neceſſarium tamen erit pro eorum intelligentia Grammaticis Hebræis indulgere, vtpote Blancutij, aut Solis, aut Bellarminij, quæ inter cæteras ſtylo faciliori, diſtrictiori, eamq́; diſcere volentiũ captui accommodatiori videntur procedere. Bene igitur erit candido lectori, Si compẽdiolum hoc breue quidem, ſi rerum ſeriem, at ſi earum pondus ſpectes, maximũ, in manibus habeas, & volutes ſæpiſſimè. Hoc ego emiſi ſtudio publici boni, tu illud cape ſtudio bonitatis, memor inſuper quam verendum habeas a ſummo Pontifice ad litteras Hebræas incitamentum. Iuſsit ille grauiſſimis edictis a religionũ ſuperioribus gymnaſia inſtitui, & erigi quam primum, in quibus, Græcis, Hebræisq; in primis ſtudium impendatur acerrimè; quibus qui inſtructi ſunt cæteris paribus in honorum, laurearum, graduumq; aſſecutione non inſtructis anteponantur. Cæterum ſi Hebrææ linguæ vtilitatem, & dignitatem quæris, diſſertatiunculam a me Romæ habitam perlege, & qualemcumq; meum conatum æqui, boniq; habe,

Digitized by Google

De præſtantia
Linguæ Hebrçæ
DISSERTATIVNCVLA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

MAgna inter mortales vis, & tã bes opinionis eſt, quæ ſi rerũ naturam extra nubẽ contemplemur, humana omnia veneno quaſi quodam ita infeſtat, falſaſq; ſpecies ingerit, vt totam veritatis faciem confundere videatur. Atq; vtinam (Auditores ſtudioſiſſimi) tam multi non ita perturbarẽtur, vt cum de vitç ineundæ ratione, aut excolendis ſcientijs cogitandum eſt, non ſolum tanquam alter Hercules Iouis filius in biuio hæſitarent, ſed etiam miſſos ad ferendam facem reſpuerent, id ſibi perſepè eligentes vitæ, ſtudiorumuè genus, quod & indecorum, & ab ingenuo verè animo prorſus alienum foret. Hinc maxima in dies ſuboritur morum corruptela: hinc infelix eorum conditio videtur, qui vt primum ſcientiæ, vel artis cuiuſpiam limina attigerint, alias vel ſcientias, vel artes, licèt perquàm vtiles, & neceſſarias ſe-

uero ſupercilio ſpectare conſueuerunt. Quod cũ non modomiſerandum ſit in præſentia,verum etiã perniciosũ eſſe poſſit in poſterum vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ, non potui non commoueri pro mea erga commune commodum animi voluntate ad afferendum aliquod præſenti morbo remedium. Præſtabo autem hoc nullo negotio, ſi vobis verarũ ſcientiarum amatoribus,& ſatis ad quaſcunq; capeſſendas per vos incitatis, earum litterarum vtilitatem,honeſtatem,& neceſſitatem proponam,quæ & veſtrum omnium propriç, & a nullo verarum ſcientiarum amatore alienç nunquam eſſe debuerunt. Hebrçam illam omnium diſciplinarum matrem linquam intelligo, idiomatum cæterorum reginam, vt potè a protoparente noſtro inſtitutam, quinimmò cum animo, & mente è cœlo hauſtam, cœlicolarum omnium perpetuo vſu obſeruatam,demum a ſapientioribus Academijs maiori pretio habitam, quàm vt humanæ iſtæ & caſu potius inuentæ, quàm ex rerum naturis, & proprietatibus traductç mereantur. Vos iudices, Auditores mei,eſtote, & dum cauſam hanc diſputo, çquo animo rationes meas excipite,vt non tam ab immoderato linguç Hebrææ affectu,quàm a veritate ipſa prçpoſitç videantur.

Bonarum litterarum ſcientia, vt potè virtuti proxima,& cum virtute coniuncta, nullum apud benè ſentientes unquam dubiũ fuit, quin

ani-

animum formet, & exornet, vitam, actionesq; hu manas regat, & diſponat, agenda, & fugiēda portēdat, demum ex Philoſophorum iudicio viuum a mortuo ſegreget, ac ſecernat. Tanta enim eſt ſcientiarum præſtantia, vt veluti fabuloſus alter Promethei virga de ſuperis ſublatus ignis eiuſdē virgę tactu hominibus vitam reddat, efficiatq; prorſus, vt qui in incertum cimmerijs immerſi tenebris ferebantur, illarum ope incipiant paulatim veram tentare viam, inq; pomeridiana ſemper luce inconcuſſa, & nequaquam labilia veſtigia figere. Sed iſtud eſt omnibus facultatibus, & artibus, & ſcientijs commune; verum quantum homines ab illa præſtante, ęternaq; natura diſtant, tantū certè eſt inter cęleſte linguę Hebręę donum & oīum hominū inuenta diſcrimen. Si auctorē illius inquiramus, tametſi multos, & varios habuit auctores, tanq̄ Dei O. M. librarios, aut ſi mauis interpretes; non ab his tamen, quorum ille vſus eſt opera, ſed ab ipſo Deo verè dicitur eſſe profecta: nam cum optimus ille rerū parens, & rector in primis naſcentis mūdi cunabulis multa parētes noſtros docere vellet, quæ per nos ipſi nunquam animo perueſtigare potuiſſemus, Hæbręum ſemper idioma traditur adhibuiſſe, & iam abundè in ſacris biblijs edocti ſumus. nam quoties cum ipſo protoparente generis humani Adā ſermonem habuit; non alia lingua vſus eſt, quàm Hebręa: cuius ope illius etiam mentem excitauit

ad illas arcanas ſignificationes accipiendas, quæ ad nos per manus tanquam ex traduce tranſmitterentur. Moſes ille Iudex populi electi legislator, & maximus interpres Dei, nonnè Hebręus erat, & Hebraicis ſermonibus dumtaxat cū Deo vtebatur? Ieſus eiuſdem gentis imperator, & interpres Dei, Samuel, Dauid, Salomon, Eſdras, Aaron, & ſexcenti alij, de quibus in ſacris litteris mentio eſt, quam aliam linguam in vſu habebant ad ſua mètis cogitata explicanda, q̃ Hebręam? Deniq; Apoſtoli, & Euangeliſtæ ſiue quid litteris mādabant, ſiue præſentes voce cōſtituebant, id illi idiomate vſitatiori, ſanctiori, diuiniori, Hebræo ſcilicet, quod a Deo accepiſſent, vel præcipiebant, vel exarabant. De Matthæo, qui primus Chriſti Domini facta, & actiones ſcripſiſſe perhibetur, eiuſdem ſeruatoris vitam, quę etiam nunc in Cęſarienſi bibliotheca aſſeruatur, Hębraicis litteris, verbisq; cōpoſuiſſe teſtatur Diuus Hieronymus in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Sed quid de Matthęo loquor? extánt adhuc multa ſacrorum bibliorum volumina in diuerſis paſſim bibliothecis Hebraico ſermone, & charactere exarata, ex quo tanquam è fonte traducta ſunt dogmata omnium, quæ ad nos ſacrorum Interpretum induſtria, & opera deriuarunt. Teſtem in hoc habeo non veritatem ipsā dumtaxat, & communem benè ſentientium opinionem, verum etiam eundem Hieronymum lo-

co

co paulo antè citato, in quo Matthęi Euangelio præfationē faciens admonet, Euangeliſtam vbicunq; , ſiue ex perſona ſua, ſiue ex perſona ſeruatoris veteris ſcripturæ teſtimonijs vtitur, non ſequi ſeptuaginta translatorum auctoritatem , ſed Hæbraicam , quaſi illam ipſius veritatis fontem, & ſpeculum iudicet, in quo contēplari liceat germanam ſacrorum myſteriorum, & reconditorum ſenſuum intelligentiam . Sed quid hæc commemoro? Deus eſt linguę Hebrææ, vt ſupra diximus, princeps, inſtitutor, & parens ; ille generis humani magiſtrum vbiq; ſe profeſſus, quę vel ad nos informandos neceſſaria, vel vtilia fore viderentur, paucis, quos tanquam ad manum ſibi habuit, occulto quodam, admirabiliq; modo dictauit. Tradidit aliquando in monte interpreti , & conſiliario ſuo Moyſi Sanctiſſima, & diuina omnino Decalogi præcepta, quę populo ſuo enuntiarentur, dein ab vniuerſo hominum genere obſeruarentur fidiſsimè; ſcripſit illa in tabulis marmoreis; at quonam, obſecro, charactere obſignata erant, q̃ Hebræo? quaſi diuina illa pronuntiata non alio dignarentur idiomate , q̃ illo, quod & ſanctius, & Dei proprius æſtimabatur . Vt propterea ſapientes viri, illius linguæ dignitate, integritate, formaq; conſiderata, dixerint, aliquando fore, vt ſi qua beatorū animorum ſenſibus explicandis linguæ neceſſitas intercideret , non alio; quam Hæbraico ſermone inter ſe colloquereu-

tur;atq; ideo, SANCTA, cõmuni p excellẽtiam apud nos nomine, appellatur. Nec immerito; quippè vt moribus, & inſtituto, ita lingua, quæ ab inſtituto eſt, ſuperuenientibus ab Adam temporibus, diſtincti, & ſecreti iã olim mortales fuerũt; ſicuti variè per ampliſſimum hunc terrarum orbem diſperſi. Voluit enim quæq; ſeipſam natio eadem teſſera a reliquis ſeparare, qua vniuerſum genus a brutis diſtinguitur; vnde ſeptuaginta illæ duæ linguæ extitere, aliæ alijs magis celebres, & cultæ, vt populi fuerunt. Inter illas ſeptẽ præcipuæ æſtimatæ, & maiori in prætio habitæ ſunt, Aſſyriorum, Arabum, Aegiptiorum, Græcorum, Latinorum, Dalmatarum, & Hebręorum; cumq; aliç alias virtutes ſibi vendicent, nobilitatem, nitorem, grauitatẽ, copiam, & id genus perfectiones alias, quas omnes tamen cum origine ab Hebręa traduxerunt; nulla earum tamen ſibi tantopere arrogauit, vt diuinitatem voluerit arripere; vna Hebręa præter omnes illas cęterarum omnium perfectiones tanquam propria, & peculiari diuinitate, & ſanctitate commendatur. Vide antiqua volumina, vide neoterica, & noua; habẽt ſuum quęq; contagium, quo iuuentus facilè infici, & corrumpi poſſit, ſola Hebræa de Deo vero, de veris Dei cultibus docet, prçcipit timorẽ, fidẽ, veram veri numinis implorationẽ, obedientiam, patientiam, cęteraſq; virtutes, quę in Hebręis dogmatibus præcipiũtur, prohibet, ac remouet.

Ido-

Idolatrias, & falſorum numinum inuocationes, inconceſſas libidines, oculis mortalium ſubijcit iuſtam irati Dei in ſceleſtos, & diſcolos vindictã, ſola demum verum iter aperit tendendi ad perfectionem. Lege, & præ manibus habe innumeras Hebræorum, vt ipſi vocant de Deo figurationes, videbisq; nullo negotio omnem ab his Dei cultũ in nos deriuare. Quis vnquam Deũ O.M. ſtudioſius obſeruauit, & veneratus eſt, quàm Hebręi? Percole, ſi placet, ſeptuaginta duo Dei nomina, quæ iidem ipſi Hebræi ſe elicuiſſe gloriantur ex tribus Exodi verſiculis Cap. 14. vbi legitur, Et profectus eſt Angelus Dei, vel vt vulgata habet editio. Tollensq; ſe Angelus Domini, qui præcedebat. Sed hæc omnia longum mihi eſſet enumerare, vobiſq; laborioſum illa audire, vt potĕ eorum magis propria, qui Hebręis litteris intimè operam nauant, quàm eorum, qui piè fide ex eiſdem Hebręis diſciplinis accepta Deum colũt, ac ſimplici, caſtaq; & pura mente venerantur. His etiam nominibus & Dauidis regis pſalmorum verſiculos ſingulos ſingulis aliqui non minus pij, ac docti annectũt. Sed ne vobis moroſus nimium, quàm par ſit, videar, ſi hæc vobis hodierno die explicẽ, digna ſatius bene natis ingenijs, continuòq; in ea ſcientia exercitatis, quàm initiatis, & alijs etiam artibus, & ſcientiarum generibus diſtractis. Quamquam mirum maxime videri debet in hac Chriſtiana republica tam pau-

cos

Digitized by Google

cos eſſe, qui huiuſcemodi exercitationibus ſeduſam dent operam, quatenus Iudeis per ſuamet arma reſpondere poſſint; non enim profectò tot indies ſuborirētur lethalium hæreſum opiniones, ſi ab aliquibus etiam alicuius nominis Theologis Hebraicæ linguæ ſtudio, & adminiculo confutarentur. Huic malo vt ſuccurreret nunquam ſatis laudatus Clemens Pōtifex in quodam Clementino decreto hortatus eſt omnes acerrimè, vt lingua Hebræa, vt potè noſtræ fidei propugnandæ neceſſaria perdiſceretur. In Academijs, inquit ille, linguæ perdiſcēdæ ſunt, vt ſacra melius intelligatur ſcriptura. Hanc qui contēnunt, non hominum ſcripta contēnunt, ſed tacitam Dei, qui illius auctor fuit, vocem; quid enim quondam rabidi quidā potius, quàm Rabbini non tentarunt, imò quid non fecerunt ad corruptelas in lingua Sancta introducēdas? quam multa ex teterrimis pectoribus effuſa ab impijs hęreticis? quàm multa inſtituta, & edicta ab impuriſſimis ſolidę veritatis oppugnatoribus? futurum ſperantes ſcilicet, vt ſenſim omnis Chriſtiana doctrina ex hominum mentibus penitus obliuione deleretur, vel confunderetur, ſi reconditos in Hebræis figuris ſenſus peruertere poſſent, atq; hāc nobis diuinitus donatam ſapientiam ex hominum animis valerent extirpare. Valet igitur, nobiſq; per neceſſaria eſt lingua Hebręa ad hoc, vt Rabbinorum corruptelas intelligamus, & fœdiſſimas illorum cauil-

cauillationes confutemus; vt Hæreticorum, ac Iudæorum argumenta ex ipſius linguæ penetralibus deſumpta deſtruantur, ijſdemq; ipſi telis confodiantur. Valet, perutilisq; eſt, vt ſacram ſcripturam rectius intelligamus,& vt ex ipſius vo cabulis plura continentibus ſignificata, diuerſos bonos,atq; perfectos ſenſus ad conciones haben das hauriamus. Qua propter huc ſtudia veſtra conuertite,quorum animi dies,atq; noctes glorię ſtimulis incitantur;hic omnes ingenij neruos cõtendite, quicunq; eam vnam ducitis eſſe veram laudem,quam ſua cuiq; parit induſtria;materiã, & ſegetem ſempiternæ gloriæ nacti eſtis, cuius amore diuinus humani generis magiſter mentes omnium noſtrum inflammare voluit, cum in ſapientiæ appellatis dogmatibus linguam hanc diuinam,& ſanctam anteponat regnis,& regum ſedibus,diuitiaſq; nihil eſſe dicat in comparatione illius; horteturq; ad illam ſuper ſalutem, & ſpeciem diligendam,proponendam, & pro luce habendam, quoniam inextinguibile eſt lumẽ illius, quo nobis via aperitur ad cœleſtes illos æternæ beatitudinis ſinus permeandos. Itaq; eijcite ex animis conceptam fortaſſe de linguæ Hebrææ difficultate opinionem,& quaſi per otium, & ludum litteras ſanctas diſcite, quibus ad ſolidam, & numeris omnibus abſolutam eruditionẽ conſcendatis. Voſq; in primis, qui Dei verbum in hominum animis diſſeminare contenditis, ſedu-

ſam decet huic linguæ operam nauare, eſt enim neceſſaria prorſus ad eruditos, abſtruſoſq; noui, veteriſq; teſtamenti ſenſus eruendos, Hęc illa eſt ſcientiarum ſcientia, & lingua linguarum, teſte Hieronymo linguam Hebræam matrem linguarum omnium vocitante, quæ ſpeculationes, & ratiocinationes omnes omnium Philoſophorum longè dignitate, & vtilitate ſuperat, & excedit. Hæc diuinorum pigmentorum apotheca, hæc delectabilis ſuper mel, & fauum; hæc ille theſaurus deſiderabilis ſuper aurum, & lapidem pretioſum; hæc illa demum, quæ ęternæ illius felicitatis ſpeciem adumbrans in terris viam ſternit ad illam facilius habendam, & poſſidendam in Cęlis. Dixi.

Digitized by Google

Digitized by Google

BREVÉ compendium

A R. P. F. Hieronymo Combono Salodienſi Min. Obſer. Reformat. Prouin. Brixiæ

Ex Hebraicis Grãmaticis collectum.

De Literis Hebraicis. Cap. I.

Hebraica lingua continet duas et viginti literas, quæ אותיות *Othijoth appellantur. omnesq; ſunt conſonantes, quarum Nomina Poteſtatem, & Figuras ſequens Tabula indicabit.*

Poteſtas.	Figura.	Nomen.
a e i o u	א	*Aleph*
b vel v conſonãs	ב	*Beth*
gh	ג	*Ghimel*
d	ד	*Daleth*

De literis Hebraicis.

Poteſtas.	Figura.	Nomen.
h	ה	*Hè*
v conſonans	ו	*Vàu*
z	ז	*Zàin*
ch	ח	*Chèth*
t	ט	*Tèth*
i conſonans	י	*Iòd*
Ch	{ כ	*Càph*
ch	{ ך	*Chàph*
l	ל	*Làmed*
M	{ מ	*Mèm*
m	{ ם	*mèm*
N	{ נ	*Nùn*
n	{ ן	*nùn*
ſ	ס	*Sàmech*
ng	ע	*Ngàiſn*
P	{ פ	*Pè*
ph	{ ף	*phè*
Z	{ צ	*Zàde*
z	{ ץ	*zàde*
K	ק	*Kòph*
r	ר	*Rès*
ſc	שׁ	*Scìn*
ſ	שׂ	*Sìn*
th	ת	*Tàu*

Digitized by Google

De literarum ſignificatione.

Cap. II.

אָלֶף *Aleph*	א	*Quaſi* אלוּף *alluph, ideſt princeps, quod ſit principium Alphabeti, aſpiratio leniſſima.*
בֵּית *Beth*	ב	*Quaſi domus, quòd figura ſua domũ imitatur: ſumma enim linea tectum, infima pauimentum, media parietem, vacuitas è regione portum refert.*
גִּימֶל *Ghimel*	ג	*Quaſi* גָּמָל *ideſt Camelus, propter gibbum, quem in dorſo gerit.*
דָּלֶת *Daleth*	ד	*Quaſi* דלת *deleth ideſt porta, quod eam ſuis lineis aliqua ex parte refert.*
הֵא *He*	ה	*A ſono quem exprimit, nomen accepit.*

Va-

וו *Vau*	ו	*Vncinus, quod eius ſimilitudinem præſeferat.*
זין *Zain*	ז	*Quaſi* זן *zen, ideſt telum, quòd claua eſſe videatur.*
חית *Cheth*	ח	*A ſono proprio ſic vocatur.*
טית *Teth*	ט	*Similiter à proprio ſono ita denominatur.*
יוד *Iod*	י	*Quaſi* יד *Iad, ideſt ſpatium, quòd propter ſuam exiguitatem relinquit.*
כף *Caph*	כ	*A curuitate ſic dicitur. nam* כפף *Caphaph, incuruare ſignificat. et* כף *Caph rem curuam.*
למד *Lamed*	ל	A מלמד *Malmad ideſt ſtimulo, ſeu veru cuius ſimilitudinem exibet.*
מם *Mem*	מ ם	A *ſono ſic dicitur, vt in aliјs linguis.*
נון *Nun*	נ ן	*Item a ſono ſic dicitur.*

סָמֶךְ Samech	ס	Quaſi סָמוּךְ Samuch, ideſt continuatum, et in ſe ductum, à סָמַךְ Samach continuauit.
עַיִן Ngaijn	ע	Quaſi oculus, quod eius figuram imitetur, & eſt aſpiratio denſiſſima.
פֵּא Pe	פ ף	Quaſi os, ſeu vultus à figura dicitur.
צָדִי Zade	צ ץ	Quaſi venabulum, quod ei non diſſimile videtur.
קוֹף Coph	ק	A ſono proprio ſic dicitur, vel à circulo, quem deſcribit, nam קוף Cuph circuire eſt.
רֵישׁ Res	ר	Quaſi ראש, ideſt caput quì aliqua ex parte illius figuram imitetur.
שִׁין Scin	ש	Quaſi שֵׁן, ideſt dens, quod dentata ſit litera.

Digitized by Google

תו *Tau*	ת	*Quaſi ſigum, ſiue terminus, quod alphabetum terminat. Hebræi namque literis poſuerunt hæc Nomina Aleph, Beth, Ghimel, Daleth, etc. à propria earũ ſignificatione, Græci etiam literas ſuas vocant Alpha,* Beta *Gamma, Delta, &c. & Latini A, B, C, D, &c. quia Hebræos imitati ſunt.*

De diuiſione literarum.
Cap. III.

Sciendum eſt literas omnes Hebraicas in quinque diuiſas eſſe claſſes, pro numero videlicet inſtrumentorum vocis. Quæ iam enim dicuntur literæ labiorũ, videlicet, בּוּמַף *Bomaph.*

Quæ-

Quædam dicuntur literæ dentium, videlicet זסשרץ Zaſcerang.

Quædam dicuntur literæ linguæ, videlicet, דטלנת Dhathlenat.

Aliæ dicuntur literæ Palati, nempe גיכק Gicach.

Aliæ dicuntur literæ gutturis, ſcilicet אחהע Abhang.

Ex his autem litteris notandæ ſunt potiſsimum, quæ ſunt gutturis, quia neceſſario earum poteſtatem, quilibet debet ſcire cupiens, ac volens ſecundum veram pronuntiationem adiſcere Hebraicam linguam.

א Aleph igitur in ſummo gutture, ſiue in ipſo ore formatur, reſpondetq; Spiritui leni Græcorum, ita vt nihil addat ad vocalem cum qua ſyllabam neceſſario efficit, niſi Spiritum illum, qui minimum requiritur ad quamlibet vocem proferendam.

ה *He reſpondet ſpiritui denſo Græcorum, & noſtræ aſpirationi h, formanturq; in gutture, ſed paulo inferius, quàm Aleph.*

ח *Cheth, eſt quaſi duplex aſpiratio denſa, & in ipſo nodo gutturis, hoc eſt inferius, quàm he formari debet.*

ע *Ngaïjn aſpiratio eſt denſiſſima, fitq; in imo gutture quodammodo ſtranguletur, itaque pronuntiatio harum quatuor literarum à ſummo gutture ad imum vſque, quaſi quibuſdam gradibus deſcendit.*

De literarum differensijs.

Cap. IV.

Inter literas Hebraicas quinque reperiuntur, quæ duplices, ſiue biformes dicuntur, ſcilicet, כ מ נ פ צ
ך ם ן ף ץ

Quæ-

Quarum priores, quæ etiam ſunt contractiores primum, & medium tantummodo dictionis locum occupant; poſteriores verò, quæ etiam ſunt longiores finem tantum dictionis tenent, et idcirco dicuntur literæ finales, eo quòd ſemper in fine dictionis ponuntur.

Notandum eſt ſimiliter Figuras, ac diſcrimen ſimilium litterarum, ne inter legendum vna accipiatur pro alia, quamuis .n. hæ literæ, videlicet, ב נ ר ה ו ט ס ץ ש
כ נ ר ח ו ם ם ע ש

videantur ſimiles, nihilominus differunt inter ſe, vt videri poteſt, inſpiciendo earum Figuras.

De literarum diſcrimine.

Cap. V.

Reperiuntur quædam literæ in characte

re fere conformes, attamen inter ſe differunt.

Beth, et Caph ſic formãtur, ב כ *; differunt, quia Beth habet angulos rectos, quibus Caph caret.*

Ghimel, et Nun, haud finale ſic formantur, ג , נ *, differunt, quia linea Ghimel inferior tranſuerſalis incipit propè finem lineæ rectæ: linea verò tranſuerſalis, Nun, incipit in fine lineæ rectæ.*

Daleth, & Res, ſic formantur ד , ר *, differunt, quia Daleth habet angulum rectum Res, minime.*

He, & Cheth ſic formantur, ה , ח *; differũt, quia linea ſiniſtra He, non coniungitur cum ſua ſuperiori linea, quæ in litera Cheth apparet coniuncta.*

Cheth et Tau ſic formantur ח , ת *; differũt, quia linea ſiniſtra Cheth uniformis eſt, & dexteræ perquam ſimilis; at linea ſiniſtra Tau aliquantulum craßior eſt*

in

Digitized by Google

in fine, ita vt curuari parum videatur.
Mem finale, et Samech ſic formantur ם,ס; *differunt, quia Mem angulos rectos habet, vt quadratam conſtituat figuram; Samech autem nullum habet angulum, ita vt magis ad rotundam figuram accedat.*

Sin, & Scin eadem penitus ſunt charactere, vt שׂ,שׁ, *differunt tamen, quia Scin habet punctum in dextro latere, Sin autem in ſiniſtro,*

De literarum pronuntiatione. Cap. VI.

Aleph, א *quamuis natura ſua in ſummo gutture deberet formari, & pronunciari, veluti ſpiritui leni Græcorum reſpondeat; vſus tamen obtinuit, vt per ſe nullum ſonum faciat; ſed penitus eundem emittat ſonum, quem*

vocalis, cui adiungitur, ipſa per ſe faceret: ita vt ſi, o, adiungatur, nullum ſonum, niſi ſonum, o, faciat: ſi, i, faciat i, & ſic de ſingulis.

Beth ב, *ſi in medio corporis habet punctum ſic* בּ, *de quo infra, facit ſonum ſicut b, latinum; ſi vero non habet, ſic* ב *facit ſonum ſicut u, conſonans latinum.*

Ghimel גּ *cum puncto, eundem penitus retinet ſonum, quem retinet g, latinum; ſine puncto lenius profertur, vt gh.*

Daleth ד, *cum puncto valet, vt d; ſine puncto, eundem etiam emittit ſonum, quem d; ſi tamen d. proferatur poſita linguæ acie inter dētes anteriores, quod eſt fere dimidium d.*

He ה *aſſimilatur in ſono huic ſyllabæ latinæ, he, ſi tamen craſſiori quam ſolemus aſpiratione, hanc ſyllabam proferamus; ſicuti etiam ſi poſt longum curſum,*

cum

cum deſeſsi ſumus anhelitu laborioſo ipſam proferamus: ex imo enim gutture extrahitur; vel aſsimilatur illi ſono, quem, quidam emittunt canentes plures notas ſuper hanc ſyllabam, he, aſcendendo.

Vau ו *eundem ſonum emittit, quem u, latinum conſonans; ſi habet ſuam vocalem, ſonat ſicut u, cum ſuam vocalem præcedit, vt eſt in hac voce,* volo; *ſi non habet ſuam vocalem ſonat ſicut u, cum vocalem ſequitur, vt eſt in hac voce,* audio; *& hoc vltimum tantum in fine dictionis obſeruabitur, vt infra dicemus.*

Zaijn & vtrunque צ ץ*, Zadè, ſonant ſicut z, latinum, ſed Zaijn ſonat ſicut z, in hac voce materna, Zelo; Zadè vero ſonat ſicut z, in hac voce materna. Zoppo.*

Cheth ח*, idē ſonat quod ch, noſtrū, ſed cū*

aſpi

aſpiratione duriore & acriore, ita vt ſi recte formetur, ex gutturis nodo ſit extrahenda.

Teth ט, *valet idem quod t, latinum.*

Iod י, *valet i conſonans ſed in fine* ◡ *i, vocale, niſi venerit poſt vocales Zere, Chirec, & Segol, de quibus in ſequenti capite.*

Caph כ, *et* ך *chaph abſque puncto ſonant ſicuti Cheth, vt in regula ſuperiori; ſed cũ puncto ſicut c, ſiue ch.*

Lamed ל *valet l.*

Mem מם *valent idem quod M, m.*

Nun ןנ *valent N, n.*

Samech ס *valet ſ.*

Pe פ *cum puncto in medio ſonat idem, ac p, latinum, ſine puncto idem quod ph, ſiue f, & hoc vltimo modo ſemper legitur* ף *phe.*

Ngaijn ע *eſt vox, cuius ſonus circumſcribi nequit: attamen ſatis commodè for-*

ma

Digitized by Google

mabitur, ſi flatum à naribus trahentes, in imo gutture comprimamus, & ſonum medium inter n, & g, emittamus, cuius ſonum prope attingunt hi, qui naribus loqui ſunt aſſueti.

De צ,ץ Zade, iam diximus in Zaijn.

Cof ק ſonat K, ſiue c.

Res ר valet r.

Sin שׂ valet idem, quod ſ.

Scin שׁ autem idem quod ſc.

Tau cum puncto in medio ſic, תּ profertur vt t, latinum; ſine puncto autem hoc modo ת, ſimiliter, ſed magis lene, ita vt ſi vox fere media inter d, & t, ſicut profertur th, vel thita græcum.

Hactenus de literis, nunc ad vocales accedamus.

Digitized by Google

De Vocalibus, ſeu punctis.

Cap. VII.

Vocalibus Hebræi carent, in ſuo enim Alphabeto non ut Græci, & Latini commiſcent conſonantibus. nam literæ omnes ſupra poſitæ ſunt conſonantes, ſed vocalium vice puncta quædam habent ipſi Hebræi, quæ ubique locum vocalium obtinent. Hebræi namque veteres nullas habebant propriè vocales literas, et interdum earum loco utebantur quatuor conſonantibus, videlicet א Aleph, ה He, ו, Vau, י Iod, et quidem per Aleph, et He exprimebant a, & interdum alias vocales per Vau exprimebant o. et u. & per Iod e & i, quæ quidem harum vocalium uſus erat difficillimus, & idcirco poſteriores Hebræi tum ad minuendam difficultatem, tum etiam ne paulatim ſcientia linguæ He-

Hebraica penitus interiret, quam ipſi traditione maiorum, et vſu didicerant certis quibuſdam excogitatis punctis ad artem reuocare conati ſunt, vt refert Illuſtrißimus Dominus Cardinalis Belarminus in ſuis Inſtitutionibus linguæ ſanctæ.

Decem igitur ſunt puncta, quæ à Gramticis vocantur נְקֻדּוֹת *Necuddot, vel* תְּנוּעוֹת *Thenungot, quæ quamuis ſint decem, quinque ſcilicet Magna, & quinque* Breuia,*ad quinque tamen latinas vocales reducuntur, vt videre licet, cum earum Nomine, Figura, & Poteſtate, in ſequenti Tabula, in litera* ב *Beth expreſſa.*

	Figura.	Nomen.		Poteſtas.
quinq; puncta magna	בָ	*Camez*	*valens*	*a*
	בֵ	*Zere*		*e*
	בִי	*Chirec magnū*		*i*
	בוֹ	*Cholem*		*o*
	בוּ	*Sciurec*		*u*

quinq; puncta parua	בַ	Padach	valent	a
	בֶ	Segol		e
	בִ	Chirec paruũ		i
	בָ	Chateſcamez		o
	בֻ	Chibuz		u

Notandum eſt , quòd Chirec Magnum à paruo differt ; quia poſt Magnum ſequitur Iod י quieſcens . poſt vero paruum, minime.

Cholem ponitur duobus modis , ſcilicet cum ו , & ſine ipſo.

Cur autem puncta diuidantur in magna, ſiue longa et parua, ſiue breuia, et quomodo differant adinuicem, declaratur in Grammaticis.

Quia intentio noſtra in hoc breui compendio eſt, eò breuiori, & faciliori modo , quo fieri poteſt dare erudimenta Tyronibus , vt ſolum adiſcere poſſint ad Hebraicam linguam legendam.

Omnia

Digitized by Google

Omnia puncta, etiam rapta ſubſcribuntur ad pedes literarum, excepto Cholem, quod ſupra ad latus dextrū ſcribitur, vt בו *bo, et ſciurech, quod in ventre vau ponitur, vt* בו *bù.*

De ſignificatione punctorum.
Cap. VIII.

Camez קמץ	ָ	*Dicitur à verbo* קמץ, *quod eſt colligere; quia collecto ore obſcurè pronuntiatur ſono quodam medio inter a, & o.*
Cere צירי	ֵ	*Dicitur à verbo* ציר *Zur, quod eſt coarctare; quia proferri non debet obſcurè, vt è Italicum in vociaus pœna, & penna.*
Chiric gadol חיריק גדול	י	*Chiric magnum à ſono, quē edit nomen accepiſſe videtur.*

Cholem חולם	וֹ	A ſono, quem efficit prior ſyllaba nomen habet.
Sciurec שׁוּרֶק	וּ	Similiter à ſono, quem edit prior ſyllaba, & profertur, vt u magnũ, Italicum, & Grammaticum.
פַּתַח Patach	אַ	Dicitur à verbo פָּתַח Patach, quod eſt coarctare, quia aperto ore clariſsimè pronuntiatur, planè, vt à latinum.
Segol סֶגוֹל	אֶ	Dicitur à nomine Chaldeo סְגוֹל Segulla, quod botrum ſignificat; quia eius formam imitari videtur: profertur autem clarè, vt e latinum in hac voce penna.
Chiric caton חִירִיק קָטֹן	אִ	Chiric paruum ſimiliter à ſono nomen accepit.

Camez

Camèz chatèf חָטֵף קָמֵץ.	◌ֳ	*Camez raptum à verbo* חָטַף *dicitur, nam chathaph rapere ſignificat.*
Kibbuz קִבֻּץ.	◌ֻ	*Dicitur à verbo* קָבַץ Kab*baz, quod eſt congregare; quia labijs collectis profertur, vt u latinum.*

De Camèz chatùf. Cap. I X.

Quia in quibuſdam codicibus ipſi Chatèf-camez non ſolent dextro lateri adſcribi duo illa puncta (quæ dicũtur Sceuà, de quibus infra,) ideo, ne lector fallatur, et allucinetur, ipſum putans eſſe Camez vocalem magnam, tres ſubſcribam regulas, quibus Camez motionẽ magnã, à Chatef camez, quando ſua perdit puncta, (quod tunc dicitur Camez chatuf) facilè diſcernet.

Pri

De Camez catuf.

Prima regula.

Illud eſt Camez catuf, quod non habet ac centum aliquem, & poſt ipſum ſequitur Sceuà, aut punctum quoddam in medio literæ quod vocatur Daghes, vt בָּלּוֹ*, collù,* חָכְמָה*, chochmà.*

Secunda regula.

Omne Camez, quod eſt in fine dictionis, quod ſequitur hac virgula -, quã Maccaph vocant, ſi immediatè non ſequatur litera א *Aleph, vel* ה *eſt Camez catuf, non Camez vocalis magna: vt* בָּל־גֹאוּבִי *col hoiuai* יִפְרָץ־בָּם *ÿphròz-bam.*

Tertia regula.

Camez, quod eſt in fine dictionis accentum in penultima ſyllaba habentis, eſt Camez chatuf: vt וַיָּקָם *vaiàcom, & ſimilia.*

De

Deſemipunctis. Cap. X.

Habent Hebræi, præter puncta prædicta, tria alia, quæ non puncta, ſed ſemipuncta vocant; quorum nominis, inuentionisq́ ratio eſt; quia decem puncta priora cum ſuis conſonantibus, quibus inſunt, ſemper leguntur; ſed quia non omnes conſonantes ſemper aliquod prædictorum punctorum poſsident: ſimile punctum inuenerunt, nimirum Sceua, vt aliquando legatur, aliquando vero minime.

Item, quia decem puncta ſimplicia ſunt, & nullum ab alio formatur (præter Chateſ cameZ, quod reduxerunt ad ſimplicem vocalem, vt ſupra) inuenerunt aliud punctum, nempe Chatèſ pathach, & Chatèſ ſegol, quod ab aliquibus formaretur: vt ſi aliqua

litera non poteſt vnum punctorum prædictorum habere, vnum horum ſemipunctorum habeat.

Primum igitur ſemipunctorum vocatur Sceuà: quod formatur ſuper ponendo vnum punctum alteri, hod modo: quod eundem emittit ſonum, quem e, noſtrum ſtrictè prolatum: vt profertur e, in Vernacula lingua, Pero, ſed quia prædictum Sceuà (vt diximus) non ſemper legitur, ſequens Tabula indicabit, quando illud legi debet, et quando non.

1	*In principio dictionis, vt* דְּבַר *deuàr.*	*1*	*In fine dictionis, vt* וַיֵּלֶךְ *vaièlech.*
legitur Sceuà		*non legitur.*	
2	*Quando ipſum præcedit pũctum magnum, vt* בָּקְדוּ *packedù.*	*2*	*Quando præcedit ipſũ paruũ punctum, vt* לִמְדוּ *limdù*

Digitized by Google

3	Quando in litera, ī qua eſt ipſum Sceuà, eſt punctū vocatum Daghes, ut דִּבְּרוּ dibberù.	3	Quando ipſum prace dit magnū punctum cum accentu, ut אַרְצָה arZah.
4 legitur Sceuà	Quando in eadem dictione ſunt duo Sceuàin, vltimū legitur, ut יִלְמְדוּ ÿlmedù.	4 non legitur.	Quando in eadem dictione ſunt duo ſceuàin primum nō legitur, ut יִלְמְדוּ ÿlmedù.
5	Quando in eadem dictione duæ reperiūtur literæ ſimi-	5	Quādo Sciurech erit in principio dictionis ſi poſt ipſum

les, quarū prima habeat Sceua, ut הַלְלוּ halelu.	ſequitur Sceua, non legitur, ut וּפְקוֹד uſchòd.

Et hæc de ſimplicibus punctis; nunc de compoſitis, quæ ſunt duo alia ſemipuncta, quæ uno nomine dicuntur Chateſim, quorum primum eſt compoſitum ex Padach, & Sceua, ponendo ipſum Sceua in dextro cornu ſic -: quod idem valet, ac Padach, ideſt, a: alterum componitur ex Segol, & Sceua, hoc modo ∴, quod valet idem ac Segol, ideſt e, lato ore prolatum, ex vocatur Chateſ ſegol,

Atque hæc de Hebræorum vocalibus ſufficiant.

Digitized by Google

De Daghes. Cap. XI.

Sæpe nos ſuppoſuimus literam aliquam habentem punctum in gremio diuerſe proferri à non habente: Ne igitur moleſtior ſit ſuppoſitio noſtra, declarabimus in præſenti ipſum punctum. Eſt igitur Daghes punctum quoddam in medio alicuius literæ impreſſum ſic בּ, *cuius ſunt capaces omnes literæ, præter has quatuor* אהחע, *ideſt literas illas, quæ Gutturales appellantur, & etiam literam* ר *Res.*

Iſtud Daghes eſt duplex, alterum vocatur Daghes Cal, ideſt lene, quod inuenitur tantum in aliqua harum literarum, quæ comprehenduntur his duabus dictionibus, בגד כפת*, in quibus ponitur roborandi cauſa; eo enim abſente lenius proferuntur prædictæ literæ, vt diximus in ſexto capite.*

Al-

Digitized by Google

Alterum vocatur Daghes ChaZac, ideſt
forte, quod non ſolum ſex literæ prædi-
ctæ, ſed etiam omnes aliæ (præter quin
que, quas poſuimus in principio huius
cap.) habere iure poſſunt. Eius mu-
nera multa ſunt, vt eſt videre in Gram
maticis. hic autem hoc tantum obſer-
uare ſatis eſt, quod quotieſcunque Da-
ghes iſtud forte in gremio alicuius lite-
ræ reperitur, ſemper literam illam, in
qua eſt, reduplicat: non enim ſolent
Hebræi duas conſonantes cum vnico
puncto ponere, vt Latini & Græci, ſed
primæ conſonantis vice, ponunt Da-
ghes forte; verbi gratia, hæc dictio, Ab-
אַבָּה *ba, ſic ſcribitur* אַבָּה, & *non* אַבְבָה: &
quia iſtud Daghes forte à leni infor-
matione nihil differt, ſed tantum in col-
locatione: dicimus, Daghes lene illud
eſſe, quod ponitur in principio dictio-
nis, vel poſt Sceua, quod non legitur.

Da-

Daghes forte, quod ponitur poſt aliquam vocalem; vt דִּבַּרְתִּי *dibbarti, primum eſt lene. ſecundum forte. tertium lene.*

De Literis Quieſcentibus. Cap. XII.

Hæ quatuor literæ אהוי *quieſcentes dicuntur, quia aliquando nullam vocalem aſciſcunt, ſed quieſcunt, & nullum ſonum auribus emittunt; quare animaduertendum eſt, quòd quando prædictæ literæ reperiuntur in medio, vel in fine dictionis abſque aliquo puncto, non debent legi, ac ſi penitus ibi non eſſent; & ſicut profertur hæc dictio* תְמְרוּ*, in qua non eſt* א *Aleph, ſic iſta* תאמְרוּ *in qua eſt; quæ regula inuiolabilis eſt in litera* א *Aleph, ſed in aliјs tribus literis locum non habet, quando ipſæ habent Mappic, hoc eſt eductorem: eſt enim ſignum*

quod-

quoddam aliquam trium literarum educi, & legi debere. Signum autem iſtud, diuerſum eſt in vnaquaque litera: in litera enim י Iod, ſignum ipſius pronuntiationis eſt, quando ipſa eſt in fine, et ante ſit aliquod horum punctorum, Padach, Camez, Cholem, et Sciurec, tunc enim י Iod non otiatur, et quieſcit, ſed legitur, et coaleſcit, vt vocalis in diphtongo, vt אֱלַי, elai אֲדוֹנָי adonai, גּוֹי goi, גָּלוּי, galui. Signum pronuntiationis Vau ו, et ipſius coaleſcentiæ eſt, quando eſt in fine, & etiam ſit cum aliquo horum punctorum, Padach, Camez, Chirec magnum, & Zere, vt קָו cau, תָּו tau, פִּו, più, גֵּו, gebù. Signum pronuntiationis ה He, eſt, quando reperitur in fine cum puncto in gremio, hoc modo הּ He, quod non eſt Daghes, ſed Mappic: nempe ſignum, vt ipſa הּ He, le-

gatur,

gatur, & ad ſe aſpirando attrahatur, vt רֹאשָׁה *roſciahh. De his literis mul ta dicuntur in Grãmaticis: hic autem tantum recenſuimus, quod ad legendum pertinebat; quò abſoluto deueniemus ad Accentus.*

De Accentibus. Cap. XIII.

Accentus, vt reperitur in Grammaticis multi ſunt, quorum nomina ſcire, & figuras cognoſcere non ad legere cupientem pertinet, ad ipſum n. ſolum attinet tenere, quod ſyllaba accentu ſuffulta debet acui, et veluti pungi; excipitur tantum ab hac regula ſyl laba, in qua eſt Sceua, quæ cum ſequente pronuntiando coniungitur. Obſeruabitur etiam virgulam illam, ſiue punctum accentum eſſe, qui nullam habet cum prædictis punctis, ſiue in figura ſiue in collocatione ſimilitudinẽ.

Quæ

Digitized by Google

quoddam aliquam trium literarum educi, & legi debere. Signum autem iſtud, diuerſum eſt in vnaquaque litera: in litera enim י Iod, ſignum ipſius pronuntiationis eſt, quando ipſa eſt in fine, et ante ſit aliquod horum punctorum, Padach, Camez, Cholem, et Sciurec, tunc enim י Iod non otiatur, et quieſcit, ſed legitur, et coaleſcit, vt vocalis in diphtongo, vt אֵלַי, elai אֲדוֹנָי adonai, גּוֹי goi, גָּלוּי, galui. Signum pronuntiationis Vau ו, et ipſius coaleſcentiæ eſt, quando eſt in fine, & etiam ſit cum aliquo horum puoctorum, Padach, Camez, Chirec magnum, & Zere, vt קָו cau, תָו tau, פִּו, più, גֵּו, gehù. Signum pronuntiationis ה He, eſt, quando reperitur in fine cum puncto in gremio, hoc modo הּ He, quod non eſt Daghes, ſed Mappic: nempe ſignum, vt ipſa ה He, legatur,

gatur,

Digitized by Google

gatur, & ad ſe aſpirando attrahatur, vt ראשָׁה *roſciahh. De his literis multa dicuntur in Grāmaticis: hic autem tantum recenſuimus, quod ad legendum pertinebat; quò abſoluto deueniemus ad Accentus.*

De Accentibus. Cap. XIII.

Accentus, vt reperitur in Grammaticis multi ſunt, quorum nomina ſcire, & figuras cognoſcere non ad legere cupientem pertinet, ad ipſum n. ſolum attinet tenere, quod ſyllaba accentu ſuffulta debet acui, et veluti pungi; excipitur tantum ab hac regula ſyllaba, in qua eſt Sceua, quæ cum ſequente pronuntiando coniungitur. Obſeruabitur etiam virgulam illam, ſiue punctum accentum eſſe, qui nullam habet cum prædictis punctis, ſiue in figura ſiue in collocatione ſimilitudinē.

Quæ

litera non poteſt vnum punctorum prædictorum habere, vnum horum ſemipunctorum habeat.

Primum igitur ſemipunctorum vocatur Sceuà: quod formatur ſuper ponendo vnum punctum alteri, hod modo: quod eundem emittit ſonum, quem e, noſtrum ſtrictè prolatum: vt profertur e, in Vernacula lingua, Pero, ſed quia prædictum Sceuà (vt diximus) non ſemper legitur, ſequens Tabula indicabit, quando illud legi debet, et quando non.

1 *legitur Sceuà*	*In principio dictionis, vt* דְבַר *deuàr.*	*1* *non legitur.*	*In fine dictionis, vt* וַיֵלֶךְ *vaièlech.*
2	*Quando ipſum præcedit pūctum magnum, vt* בָקְדוּ *pachedù.*	*2*	*Quando præcedit ipsū paruū punctum, vt* לִמְדוּ *limdù*

3	*Quando in litera, ī qua eſt ipſum Sceuà, eſt punctū vocatum Daghes, ut* דִּבְּרוּ *dibberù.*	3	*Quando ipſum praecedit magnū punctum cum accentu, ut* אַרְצָה *arzah.*
4 *legitur Sceuà*	*Quando in eadem dictione ſunt duo Sceuàin, vltimū legitur, vt* יִלְמְדוּ *ÿlmedù.*	4 *non legitur.*	*Quando in eadem dictione ſunt duo ſceuàin primum nō legitur, vt* יִלְמְדוּ *ÿlmedù.*
5	*Quando in eadem dictione duæ reperiūtur literæ ſimi-*	5	*Quādo Sciurech erit in principio dictionis ſi poſt ipſum*

les D *ſe-*

De Daghes. Cap. XI.

Sæpe nos ſuppoſuimus literam aliquam habentem punctum in gremio diuerſe proferri à non habente : Ne igitur moleſtior ſit ſuppoſitio noſtra, declarabimus in præſenti ipſum punctum. Eſt igitur Daghes punctum quoddam in medio alicuius literæ impreſſum ſic בּ, *cuius ſunt capaces omnes literæ, præter has quatuor* אחהע, *ideſt literas illas, quæ Gutturales appellantur, & etiam literam* ר *Res.*

Iſtud Daghes eſt duplex, alterum vocatur Daghes Cal, ideſt lene, quod inuenitur tantum in aliqua harum literarum, quæ comprehenduntur his duabus dictionibus, בגד כפת, *in quibus ponitur roborandi cauſa; eo enim abſente lenius proferuntur prædictæ literæ, vt diximus in ſexto capite.*

Alterum vocatur Daghes ChaZac, ideſt forte, quod non ſolum ſex literæ prædictæ, ſed etiam omnes aliæ (præter quinque, quas poſuimus in principio huius cap.) habere iure poſſunt. Eius munera multa ſunt, vt eſt videre in Grammaticis. hic autem hoc tantum obſeruare ſatis eſt, quod quotieſcunque Daghes iſtud forte in gremio alicuius literæ reperitur, ſemper literam illam, in qua eſt, reduplicat: non enim ſolent Hebræi duas conſonantes cum vnico puncto ponere, vt Latini, & Græci, ſed primæ conſonantis vice, ponunt Daghes forte; verbi gratia, hæc dictio, Abba, ſic ſcribitur אַבָּה, & non אַבְבָה: & quia iſtud Daghes forte à leni informatione nihil differt, ſed tantum in collocatione: dicimus, Daghes lene illud eſſe, quod ponitur in principio dictionis, vel poſt Sceua, quod non legitur.

בָּה אַ

Da-

Daghes forte, quod ponitur poſt aliquam vocalem; vt דִבַּרְתִּי *dibbarti, primum eſt lene. ſecundum forte. tertium lene.*

De Literis Quieſcentibus. Cap. XII.

Hæ quatuor literæ אחוי *quieſcentes dicuntur, quia aliquando nullam vocalem aſciſcunt, ſed quieſcunt, & nullum ſonum auribus emittunt; quare animaduertendum eſt, quòd quando prædictæ literæ reperiuntur in medio, vel in fine dictionis abſque aliquo puncto, non debent legi, ac ſi penitus ibi non eſſent; & ſicut profertur hæc dictio* תִמְרו*, in qua non eſt* א *Aleph, ſic iſta* תאמְרו *in qua eſt; quæ regula inuiolabilis eſt in litera* א *Aleph, ſed in aliis tribus literis locum non habet, quando ipſæ habent Mappic, hoc eſt eductorem: eſt enim ſignum quod-*

gatur, & ad ſe aſpirando attrahatur, vt ראשָׁה *roſciahh. De his literis multa dicuntur in Grãmaticis: hic autem tantum recenſuimus, quod ad legendum pertinebat; quò abſoluto deueniemus ad Accentus.*

De Accentibus. Cap. XIII.

Accentus, vt reperitur in Grammaticis multi ſunt, quorum nomina ſcire, & figuras cognoſcere non ad legere cupientem pertinet, ad ipſum n. ſolum attinet tenere, quod ſyllaba accentu ſuffulta debet acui, et veluti pungi; excipitur tantum ab hac regula ſyllaba, in qua eſt Sceua, quæ cum ſequente pronuntiando coniungitur. Obſeruabitur etiam virgulam illam, ſiue punctum accentum eſſe, qui nullam habet cum prædictis punctis, ſiue in figura ſiue in collocatione ſimilitudinẽ.

Quæ

nis cum Padach, inueniuntur; quæ venire ſolent poſt quatuor vocales: Zere, Chirec magnum, & Sciurec, & Cholem; tunc enim primo profertur punctus, deinde litera; dicitur.n. רוח, *ruàch,* ידוע *iaduang, non autem rucha, jadunga, & ſic de ſingulis dictionibus, in quibus adſint Zere, Chirec magnum, vel Cholem. ſi vero prædictæ literæ in principio, vel in medio dictionis inuenientur, eo modo, quo et aliæ ſunt legendæ.*

Et hæc ſatis quo ad præſentem libellum; ſi quid autem aliud ab aliquo deſideretur, Grammaticam Blanutij, vel Solis cõſulet, vbi omnia fuſius continẽtur.

De modo coniungendi literas Hebraicas ſimul cum vocalibus, ſeu punctis. Cap. XV.

ta	*cha*	*Za*	*ua*	*ha*	*da*	*gha*	*ba*	*a*	*Camez*
טָ	חָ	זָ	וָ	הָ	דָּ	גָּ	בָּ	אָ	קָמֵץ.

ba ſa na ma la cha ia

י כ ד ל מ ם נ ן ס ע

ta ſſa ra ca za pa

פ ף צ ץ ק ר ש ת

---

ta ca za ua ha da ga ba a Pathah

פתח א ב ג ד ה ו ז ח ט

ga ſa na ma la cha ia

י כ ד ל מ ם נ ן ס ע

ta. ſſa ra ca za pa

פ ף צ ץ ק ר ש ת

---

te he ze ue he de ge be e Cere

צרה א ב ג ד ה ו ז ח ט

he ſe ne me le che ie

י כ ד ל מ ם נ ן ס ע

te ſce re ce ze pe

פ ף צ ץ ק ר ש ת

te he ze ue he de ge be e Segol

סֶגוֹל אֶ בֶ גֶ דֶ הֶ וֶ זֶ חֶ טֶ

he ſe ne me le che ie

יֶ כֶ ךֶ לֶ מֶ םֶ נֶ ןֶ סֶ עֶ

te ſce re ce Ze pe

פֶ ףֶ צֶ ץֶ קֶ רֶ שֶ תֶ.

---

te ce ze ue he de ge be e Sceua

שְׁבָא אְ בְ גְ דְ הְ וְ זְ חְ טְ

ge ſe ne me le che ie

יְ כְ ךְ לְ מְ םְ נְ ןְ סְ עְ

te. ſſe re ce Ze pe

פְ ףְ צְ ץְ קְ רְ שְ תְ.

---

to ho Zo uo ho do gho bo o Holem

חוֹלֶם אֹ בֹ גֹ דֹ הֹ וֹ זֹ חֹ טֹ

ho ſo no mo lo cho io

יֹ כֹ ךֹ לֹ מֹ םֹ נֹ ןֹ סֹ עֹ

to ſſo ro co Za po

פֹ ףֹ צֹ ץֹ קֹ רֹ שֹ תֹ.

Digitized by Google

ti i zi ui hi di gi bi i Hirec

חִירֶק אִ בִ גִ דִ הִ וִ זִ חִ טִ

hi ſi ni mi li chi ij

יִ כִ ךְ לִ מִ ם נִ ן סִ עִ

ti ſci ri ci zi pi

פִ ף צִ ץ קִ רִ שִ תִ

---

tu hu zu uu hu du ghu bu u Chibbuz

קִבּוּץ אֻ בֻ גֻ דֻ הֻ וֻ זֻ חֻ טֻ

hu ſu nu mu lu chu iu.

יֻ כֻ ךְ לֻ מֻ ם נֻ ן סֻ עֻ

tu ſſu ru cu zu pu

פֻ ף צֻ ץ קֻ רֻ שֻ תֻ

---

co zo uo ho do go bo o Hatephcamez

חֲטַף קָמֵץ אֳ בֳ גֳ דֳ הֳ וֳ זֳ חֳ

ſo no mo lo cho io to

טֳ יֳ כֳ ךְ לֳ מֳ ם נֳ ן סֳ

to. ſſo ro co zo po go

עֳ פֳ ף צֳ ץ קֳ רֳ שֳ תֳ

ca za ua ha da ga ba a Hatephpathah

חֲטַף פַּתָּח אֲ בֲ גֲ דֲ הֲ וֲ זֲ חֲ

ſa na ma la cha ia ta

טֲ יֲ כֲ ךֲ לֲ מֲ םֲ נֲ ןֲ סֲ

ta. ſſa ra ca za pa ga

עֲ פֲ ףֲ צֲ ץֲ קֲ רֲ שֲ תֲ.

---

ze ue he de ge be e Hateph ſegol

חֲטַף סֶגוֹל אֱ בֱ גֱ דֱ הֱ וֱ זֱ

ne me le che ie te he

חֱ טֱ יֱ כֱ ךֱ לֱ מֱ םֱ נֱ ןֱ

te. ſce re ce ze pe he ſe

סֱ עֱ פֱ ףֱ צֱ ץֱ קֱ רֱ שֱ תֱ.

&c. hi zi ui hi di ghi bi hi Chirec magnũ

חִירֶק גָדוֹל אִי בִי גִי דִי הִי וִי זִי חִי

&c. vu hu du ghu bu hu Sciùrec

שׁוּרֶק אוּ בוּ גוּ דוּ חוּ וּוּ

&c. had dad gad baz au Sceua quieſcens

שְׁוָא נָא אַב בַּג גַּד דַּד חַד

Sequuntur iſti duo Pſalmi Dixit, *&* Laudate, *Hebraico, & Latino idiomate, vt tyrones ſe exercere poßint ad Hebraicam linguam legendam.*

meã dexterã ad ſede meo domino Dominus Dixit

נְאֻם יְהוָה לַאדֹנִי שֵׁב לִימִינִי

tuis pedibus ſcabellum tuos inimicos ponam Donec

עַד אָשִׁית אֹיְבֶיךָ הֲדֹם לְרַגְלֶיךָ

: Sion ex Dominus mittet tua fortitudinis Virgam

מַטֵּה עֻזְּךָ יִשְׁלַח יְהוָה מִצִּיּוֹן

tuus populus tuorũ inimicorũ interiori in dominare

רְדֵה בְּקֶרֶב אֹיְבֶיךָ עַמְּךָ

decoribus in tua fortitudinis die in deuotionum

נְדָבֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ בְּהַדְרֵי

tuæ natiuitatis ros tibi: aurora ab vulua à sãctitatis

קֹדֶשׁ מֵרֶחֶם מִשְׁחָר לְךָ טַל יַלְדֻתֶךָ׃

in ſacerdos tu pœnitebit non & Dominus Iurauit

נִשְׁבַּע יְהוָה וְלֹא יִנָּחֵם אַתָּה----כֹהֵן

Sedech Malchi meum verbum ſuper : ſeculum

לְעוֹלָם אַל----דִּבְרָתִי מַלְכִּי צֶדֶק

die in transfixit, tuam dexteram ad Dominus

אֲדֹנָי עַל----יְמִינְךָ מָחַץ בְּיוֹם

Digitized by Google

impleuit gentibus in Iudicauit . reges tui naſi

אַפּוֹ מְלָכִים: יָדִין בַּגּוֹיִם מָלֵא

. multam terrã ſuper caput transfixit : corporibus

גְוִיּוֹת מָחַץ רֹאשׁ עַל־אֶרֶץ רַבָּה: מִנַּחַל

exaltabit propterea : bibet via in torrente De

בַּדֶּרֶךְ יִשְׁתֶּה עַל־כֵּן יָרִים

caput.

רֹאשׁ.

landate : Domini ſerui Laudate

הַלְלוּ עַבְדֵי יְהוָה הַלְלוּ אֶת־

benedictum Domini nomen Sit . Domini nomen

שֵׁם יְהוָה: יְהִי שֵׁם יְהוָה מְבֹרָךְ

Solis ortu Ab . ſeculum in vſque & nunc ex

מֵעַתָּה וְעַד־עוֹלָם: מִמִּזְרַח־שֶׁמֶשׁ

.Domini nomen laudatum :eius occaſum ad vſque

עַד־מְבוֹאוֹ מְהֻלָּל שֵׁם יְהוָה:

cælos ſuper ,Dominus gentes omnes ſuper Excelſus

רָם עַל־כָּל גּוֹיִם יְהוָה עַל הַשָּׁמַיִם

: noſter Deus Dominus ſicut Quis . gloria eius

כְּבוֹדוֹ: מִי כַּיהוָה אֱלֹהֵינוּ

videndũ ad ſe : Humiliãs, habitandũ ad ſe ſuſtollẽs

הַמַּגְבִּיהִי לָשָׁבֶת: הַמַּשְׁפִּילִי לִרְאוֹת

Digitized by Google

tenuem puluere de Erigens : terra in & cœlis in

בשמים ובארצו מקימי מעפר דל

faciendū ſedere Ad ? egenū eleuabit ſterquilinio de

מאשפת ידים אביון׃ להושיבי

faciēs Sedere . ſui populi magnificis cū magnifi us cū

אם גריבים עם גריבי עמו׃ מושיבי

.latantem filiorum matrem domum ſterilem

עקרת חבית אם—חבנים שמחה

iah. Hallelu

הללויה׃

Errata, quæ in hoc breue Compendio in idiomate tam Latino, quàm Hebræo indigent correct. hæc ſunt.

In Præfat. ergo ponitur Hieronimi pro Hieronymi, & habas pro habeas.

Pag	lin.	Err.	Correct.
2	10	portum	portam
3	1	סמיך	סמיך
4	2	זסשרע	וסשרע
	7	אחהע	אחהע
	13	adiſcere	addiſcere
8	15	quæ	qui
10	17	vociems	vocibus
	14	בניל	סניל
11	13	איבי	איבי
	19	ויקם	ויקם
12	21	בקרו	פקרו
13	6	ארצח	ארצח
15	5	תאמרו	תאמרו

Pag.	lin.	Errata.	Correct.
	10	אלי	אלי
16	2	ראשה	ראשה
	16	ד	ד
17	15	Blanutij	Blancutij
	4	ſſa	ſca
	12	ſſa	ſca
18	15	ſſe	ſce
	21	ſſo	ſco
	9	עיך	עיך
	11	איביך	איביך
	17	יבהם	ינהם
20	1	מבורח	ממזרח
	18	בל	כל
	6	עם	עם

Digitized by Google

EMANUELE VITTORIO IN ROMA BIBLIOTECA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google